

SCRIPTA

Numéro Scripta : 97

Autre(s) référence(s) : Tabuteau 19 / ARTEM 4886

Auteur(s) : Garnier [chevalier]

Bénéficiaire(s) : Tours, Saint-Martin de Marmoutier (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : [1092-1137]

Lieu d'émission : Rémalart

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Notices relatant 1. la donation faite aux moines de Marmoutier par un chevalier nommé Garnier, avec l'accord de sa femme et de ses enfants, de la deuxième moitié de l'église de Boissi et de la terre du Val de Vilers ; cette donation est également concédée par Gautier, fils de Vivien. 2. le désistement des réclamations que Goufier, fils de Garnier, avait élevées en justice, après la mort de son père, contre ces donations.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

B. Copie, 12e siècle, Alençon, Archives départementales de l'Orne, H 2208.

Éditions principales

a. Barret Philibert (Abbé), *Cartulaire de Marmoutier pour le Perche*, Mortagne-au-Perche, Meaux (Documents sur la province du Perche ; 3e série, 2), 1894, n° 151, p. 155-156.

Dissertation critique

Datation proposée par l'abbé Barret.

Texte établi d'après a

Notum sit quod Gauterius, Viviani filius, cum uxore et filio suo Pagano, dedit nobis medietatem ecclesie de Buxedo et cimiterii, et medietatem decime, que est in Valle de Vilers, sicut scriptum est in alia carta. Alteram vero medietatem ejusdem ecclesie et cimiterii et decime de Valle de Vilers dedit nobis, pro remedio anime sue et parentum suorum quidam magne probitatis miles, Guarnerius nomine, cum uxore sua et filiis et filiabus suis, ita solutam et liberam sicut ipse habebat. Quod donum Gauterius Viviani filius, de cujus fevo erat, ex tenore auctorizavit ut in custodia sua et heredum suorum esset ipsa ecclesia et quidquid postea acquireret.

Cujus rei testes sunt : Stephanus, Arduinus, Rainaldus, Gaufredus monachi. De laicis : Guido Boslenus, Hernulfus Barbinus, Gauterius de Buxeria, Adam, Gericus, Gunterius Alexandri filius, Hubertus Aloris, et non solum isti sed omnes fere homines regionis illius agnoverunt.

Post vero mortem Garnerii, Gulferus filius ejus calumniatus est nobis terciam partem decimarum, quas dederat nobis Garnerius pater ejus, et cimiterii et ecclesie de Buxedo. Dicebat enim patrem suum non dedisse nobis illas tertias partes decimarum, et retinuisse sibi in predicto cimiterio plateam, juxta ecclesiam, ad edificandum domum. Qua de re ad placitum venimus et probavimus verum esse quod negabat, per homines regionis illius, qui interfuerant dono publice facto. Reversus ad se Gulferus, elemosinam quam calumniabatur, sicut et pater ejus dederat nobis, et ipse libenter concessit.

Actum Regimalast castro, in domo Pagani filii Gauterii, coram multis baronibus, audientibus et videntibus de monachis : Rivallonio tunc priore ejusdem loci, Gauscelino Parisiensi, Amato Blesiensi. — De laïcis : Pagano filio Gauterii, cum matre sua Hildeburge, Hugone de Curte-Sesalt, Roberto de Curte-Osleni, Ivone filio Gaschonis, Gauterio Burgognio, Guillelmo filio Ansegist, Rotrodo de Racueria (ou Raeveria), Hebrarldo Osane filio, Guilelmo Rufino, Harduino Caput de Ferro, Garnerio Forestario, Arnulfo Barbino, Theobaldo Moione, Girardo de Brueria, Menardo de Dorcel, Hodone de Pomereto, Garino de Valia, Gaufredo filio Ernaudi, Gauterio de Buxeria, Nihardo famulo, Auberto, Fulcoino, Huberto, Roberto, Godefrido de Nuilli.